Charte de Niquinta, Antipape des Hérétiques Albigeois, contenant les Ordinations des Euesques de sa secte, par luy faites en Languedoc, a moy communiquée par feu M. Caseneuue, Prébendier au Chapitre de l'Eglise de Saint Estienne de Tolose, en l'an 1652.

ANNO MCLXVII Incarnationis Dominice, in mense madii, in diebus illis Ecclesia Tolosana adduxit Papa Niquinta in Castro Sancti Felicii & magna multitudo hominum & mulierum Eccl. Tolosanæ, aliarumque Ecclesarieum vicine congregauerunt se ibi, ut acciperent consolamentum quod Dominus Papa Niquinta cœpit consolare. Postea vero Robertus de Spernone Ep. Eccl. Francigenarum venit cum consilio suo ; q. Marchus lombardie venit cum consilio suo similiter & Sicardus Cellarerius Eccl. Abbiens. Ep. venit cum consilio suo, & B. Catalani venit cum consilio Eccl. Carcassensis, & Consilium Eccl. Aranensis fuit ibi. Quod omnes sic innumerabiliter congregati, homines Tolos. Eccl. voluerunt habere Episcopum & elegerunt Bernard. Raimundum : similiter vero & Bernardus Catalanus & Consilium Eccl. Carcassensis rogatus ac mandatus b Eccl. Tolosana & cum consilio & voluntate & solucione Domini S. Cellarerii elegurunt Guiraldum Mercerium ; & homines Aranensis elegurent Raymundum de Casalis. Postea vero Robertus d'Espernone acceptit consolamentum & ordinem Episcopi a Domino Papa Niquinta ut esset Ep. Eccl. Francigenarum ; similiter & S. Cellarerius accep. consolamentum & ordinem Episcopi ut esset Ep. Eccl. Albiensis : similiter vero Marchus consolamentum et ordinem Episcopi ut esset Ep. E. Lombardiæ : similiter vero Bernardus Raimundus accepit consolamentum & ordinem Episcopi ut esset Ep. Eccl. Tolosanê : similiter & Guiraldus Mercerius accepit consolamentum & ordinem Episcopi ut esset Ep. Eccl. Carcassensis : similiter & Raimundus de Casalis accept. consolamentum & ordinem Ep. ut esset ep. Aranensis. Post hec [*e cédillé*] vero Papa Niquinta dix. Eccl. Tolosanæ. Vos dixistis mihi, ut ego dicam vobis, consuetudines primitiuar. Ecclesiarum sint leues aut graues & Ego dicam vobis septem Eccl. Asiæ fuerunt diuisas & terminatas inter illas, & nulla illarum faciebat ar ilam aliquam rem ad suam contradicionem. Et Eccl. Romanæ, & Drogometiæ, & Melenguiæ, & Bulgariæ, & Dalmatiæ sunt diuisas et termin. & une ad altera non facit aliq. rem ad suam contradicionem & ita pacem habent inter se. Similiter & vos facit Eccl. vero Tolosana eligit Bernerdum Raimundum & Guillermum Garsias, & Ermengaudum de Forest, & Raimund. de Beruniaco & Guilabertum de Bono Vilario, & Bernardum Guillermum Contor, & Bernard. Guillermum Bone vile, & Bertrand. de Auinone, ut essent diuisores Eccl. vero Carcasensis elegit Guiraldum Mercelium, & Bernard. Catalanum, & Gregor. & Petrum Calidas manus, & Raimundum Pontium, & Bertrandum de Molino, & Martinum de Ipsa sala, & Raimundum Guibertum, ut essent diuisores Eccl. q. isti congregati & bene consiliati dixerunt, quod Eccl. Tolosanæ, & Eccl. Carcasensis sint duivisas proprter Episcopatos, quod sic. Episcopatum Tolosæ diuiditur cum Archiepiscopato Narbo. in duobus locis, & cum Episcopato Carcasensis a Sancto-Poncio, sicut montana pergit inter Castrum Cabarecii & Cast. Altipulh. & usq. ad diuisionem Castri Saxiaci & Castri Verduni & pergit inter Monte-regalem & Fanumjouem ; quod sicut alii Episcopati diuiduntur ab exitu Redensis usque ad Leridam sicut pergit apud tolosam, ita Eccl. Tolos. hab. in sua potestate & in suo gubernamento : similiter & Eccl. Carcasensis sicut diuiditur et terminatur habeat in sua potestate & in suo gubernamento omnem Episcopatum Carcasensis & Archiepiscop. Narbonens. & aliam terram sic. diuisum est, & dictum usque ad Leridam sicut vergit apude mare. Quod ita Eccl. sunt diuisas sic. dictum est, ut habeant pacem & concordiam adinuicem & iura ad altera non faciat, aliquid ad suam contradicionem. Huius S? Testes rei & defensores, Bernard. Raimund. & Guill. Garsias, & Ermengaudus de Forest, & Raimundus de Bauniaco, & Guilabertus de Bone Vilario, & B. Guillermi Contor, & B. Guill. Bone Ville, & Bertrand de Auinone & Eccl. Carcasensis Guiraldus Mercerii, & B. Catalani, & Gregor, & Petrus Calidas Manus, & Raim. Poncii, & Bertrand. de Molino & Martinus de Ipsa Sala, & Raimund. Guiberti ; quod omnes isti mandauerunt & dixer. Ermengaudo de Forest ut faceret dictatum & Cartam Tolossanæ Eccl. similiter & Pedro Bernardo mandauerunt & dixerunt ut faceret dictatum &Cartam Ecll. Carcasensis, & ita fuit facet. & impletum.
Hoc translatum fecit translatare Dominus Petrus Isarn. de Antiqua Carta in postestate supra dictorum facta, q. Eccl. sic. superius scriptum est diuiserunt. Feria II. in mense Augusti, XIV. Die, in introitu mensis, Anno MCCXXXII ab incarnatione Domini. petrus Pollanus translatauit hæc, monia rogatus ac mandatus.